

AUGUST 4, ST. DOMINIC, CONFESSOR

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

INTROIT: Psalm 36: 30,31

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus, (T.P. Allelúia, allelúia.) (Ps 36:1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus.

COLLECT

Deus, qui Ecclésiám tuam beáti Dominici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrinis: concéde; ut ejus intercessióne temporalibus non destituatur auxiliis, et spíritualibus semper proficiat incrementis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Tim. 4: 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta oportúne, importúne: árgue, óbseca, íncrepa in omni paciéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritate quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac evangelistæ, ministérium tuam imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tómpus est resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

GRADUAL: Psalm 91: 13,14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicátur in domo Dómini. V. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Osee 14, 6 Justus germinábit sicut lílium: et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúja.

GOSPEL: Luke 12: 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti et lucérnæ ardentes. Et vos mínes homínibus expectántibus dóminum suum quando revertátur a núptiis ut cum vénerit et pulsáverit conféstim apérianť ei. Beáti servi illi quos cum vénerit dóminus invénerit vigilántes. Amen dico vobis quod præcínget se et fáciat illos discumbere et tránsire ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília et si in tértia vigília vénerit et ita invénerit beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte quia si scireť pater familias qua hora fur vénireť vigiláret útique et non síneret pérfodi domum suam et vos estóte paráti quia qua hora non putátis Fílius hóminis venit.

OFFERTORY: PS. 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica: ut, méritis beáti Domínici Confessóris tui, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION: Luke. 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui patrocínio sublevémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.(P.T. Alleluia, alleluia) (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. V. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

O God, Who hast vouchsafed to illuminate Thy Church with the virtues and teaching of blessed Dominic, Thy confessor, grant that, by his intercession, it may not be destitute of temporal aids and may ever progress in spiritual increase. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will hearken to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

Alleluia, alleluia. Osee 14, 6. The just shall spring as the lily: and flourish forever before the Lord. Alleluia..

At that time, Jesus said to His disciples, Let your loins be girt, and lamps yourselves in your hands. And you yourselves like to men who wait for their lord, when he shall return from the wedding; that when he cometh and knocketh, they may open to him immediately. Blessed are those servants, whom the Lord when he cometh, shall find watching. Amen I say to you, that he will gird himself, and make them sit down to meat, and passing will minister unto them. And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants. But this know ye, that if the householder did know at what hour the thief would come, he would surely watch, and would not suffer his house to be broken open. Be you then also ready: for at what hour you think not, the Son of man will come.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, that, by the merits of blessed Dominic, Thy confessor, they may profit for our healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

A faithful and wise steward, whom the Lord has set over His family; to give them their measure of wheat in due season.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we, who are borne down by the weight of our sins, may be sustained by the patronage of blessed Dominic, Thy confessor. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.